UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Nautis Tyberinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

a rub. ¶ † Scdo no. ꝙ licet nõ poſſit in alium vſum cõuerti, tamen põt piſtoribus mutuari. ¶ Ad hoc opp. ſ. de his qui ad publi. horrea. l. j. ⁊ ij. Sol. Nõ licet mutuare extranee perſone, ſed ſi mutuatur, ⁊ tendit ad expeditionẽ negotij, propter quod erat ordinata pecunia poteſt fieri, vt hic mutuatur eiſ piſtoribus, qui forte aliter ſe non poterant preparare ad decoquendum panem, et ad alia neceſſaria facienda. Et ſic videtur caſus pro conſeruatoribus monete huius ciuitatis, qui habent pecuniam deputatam pro ſtipendio, vt poſſint ex cauſa militibus mutuare pecuniam, vt ſe armis, ⁊ equis ſuſcitent. Facit l. ad rem. ⁊ l. ad legatum. ff. de
3 procur. ¶ Vltimo no. ꝙ lucrũ ſibi aſſumit naturã illã quam hʒ capitale. ꝙ facit ad multa ⁊ maxime ſi inter plures ſocios erat cõtracta ſocietas ad certũ tp̃s, ꝙ ſicut nõ dʒ minui capitale miſſum in ſocietatem, ita nec de lucro, quod tamen mitto ſub dubio forte.

De annonis ciuilibus. Rub. XXIIII.

LEX I.

Annonas. Annone ciuiles non dantur pro titulis in dignitate, ſʒ ꝓ meritis. h. d. ¶ Primo in tex. ibi, titul⁹. i. nõ dant̃ ſalaria ꝓ titulo dignitatis, vt puta qꝛ doctor, ſed ꝓ meritis, vt qꝛ bñ legit, ⁊ bñ ſatiſfacit illi offõ, ad ꝙ ipoſit⁹ eſt. Sequit̃ ver. ideoqʒ. q duob⁹ modis legit̃. ¶ Primo mõ pone, ꝙ doctores qui neſciũt legere, habeãt ſcholares, certe ꝓpter hoc non debẽt habere ſalarium. ¶ Scdo modo legitur, cum ſalarium ſit deputatum authoritate Principis, non poterit illud mutari in nouum ſtatutum, vel reuocari.
1 ¶ † Et ſic no. per vniuerſitatem ſtudij Peruſini non põt aliquid ſtatui in preiudicium pactorum ⁊ confeſſionum factarum a communi doctoribus, ꝙ tene mẽti lʒ de facto te ſcholarẽ tedeat. Se-
2 quitur verſi. vt quicunqʒ. ¶ † Salaria debita tranſmittuntur ad heredes. Poſſet etiam iſtud alijs concedi, quouis alienationis titulo. h. d. Iſtud intelligit glo. verũ in ſalarijs tp̃is p̃teriti. Sed an decedens pro futuro tp̃e debeat habere ſalarium, ſi officium non compleuit, dixi plene in l. j. §. diuus. ff. de var. ⁊ extraor. cog.
3 ¶ † Itẽ gl. inducit ad arg. ſi clericus decedat poſt perceptos fru-
a ctus prebẽde, ꝙ illos trãſmittat ad heredes[a] ſuos, de quo extra de offi. ordia. in c. ſi. ⁊ ibi gloſſ. li. vj. dixi plene in l. diuortio. ff. ſolu.
b matri.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Tranſmittat ad heredes. Adde Imo. in l. diuortio. ff. ſol. mat. gl. ⁊ doct. in c. preſenti. extra de offi. ordi. li. vj. ⁊ in c. ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ. de reſcrip. eo. li. Arch. in c. cõſuetudinẽ. in fi. de cle. nõ reſi. eo. li. Car. in cle. gratie. nu. xij. ⁊ ibi no. in apo. ad ipſum in verſicul. quod clerici preciſe. de reſcrip. in Cle. ⁊ dixi poſt Pan. in c. reprehenſibilis. nu. viij. in verſi. teſtari. extra de appella.
b ALEX. ¶ Adde tex. in c. relatum. de teſta. vbi vult quod tranſeat ad ſucceſſores ⁊ hec eſt communis opin. do. in cleri. beneficiato habente adminiſtrationem, in clerico vero ſimplici eſt maius dubium, ſecundum doc. ibi. Bald. ⁊ Sali. in auth. licentiam. C. de epiſc. ⁊ cle. ⁊ doc. in l. commodis. ff. de re iu.

LEX II.

Centum. Legit̃ duo. modis. Primo de frumẽto inter milites. Scdo de diſtribuẽdo inter pauperes, ⁊ hoc magis placet, per l. priuilegia. C. de
1 ſacroſanc. eccle. ⁊ eſt clara hec lec. † No. ꝙ dt. ciuib⁹ nr̃is, arg. ꝙ officiales poſiti ſup faciẽdis elemoſynis publicis nõ debẽt hoc dare extraneis pauperibus. Sed põt itelligi ꝙ hic dt. ciuibus noſtris, etiam de omnibus qui ſunt ſub Imperio Romano. Bar.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Per Ioã. And. de inſtr. edi. §. nunc vero aliqua ꝑſ. ſed an pauperes. Facit ꝙ no. Bar. in l. que cõditio. §. preterea de
2 condi. ⁊ demonſt. Alex. facit † quod epiſcopus, qui debet diſpenſare bona inter pauperes non debet dare extraneis pauperibus. ſ. de epiſco. ⁊ cle. l. nulli. Adde ad hoc tex. in aut. de eccle. titu. §. ſi quis autem pro redemptione. ⁊ gl. ſingularis in §. pater. Inſtit. de teſt. que hoc tenet Alex. Bal. adde in l. ciuitatibus. de le. j.

De mendicantibus validis. Rub. XXV.

LEX VNICA.

1 Bona, que debent inter pauperes mẽdicantes diſtribui non poſſunt diſtribui inter mendicantes robuſtos.
2 Pauperes verecundi, qui non publice, ſed a quibuſdã clam querunt, non incidunt in hanc legem.
3 Mendicitas quando dicatur certa, ⁊ quando incerta.
4 Pauper mẽdicãs, q oſtẽdit mẽbrũ aliquod debilitatũ, inſpici dʒ.
7 Pater poteſt filio non laboranti, quando ſine verecundia laborare poteſt, alimenta denegare.
8 Ficte mendicans punitur ciuiliter, ⁊ pena parti applicatur.

Cunctis. Qui ſine neceſſitate publice mẽdicãt poſſunt inſpici, ⁊ qui eos inſpexerit, ⁊ prodiderit, ⁊ eſſe probauerit, dominium eorum conſequitur, ſi ſunt ſerui, vel ius colonatus, ſi ſunt liberi, ſalua dominis actione ſerui corrupti. h. d. In tex. ibi, proditor. i. teſtator op. quod ſeru⁹ debeat reddi dño, liber operi publico, vt in authẽ. de queſtore per totum col. vj. Dicit gl. quod quidam dicũt quod hic corrigitur. Alij dicunt ꝙ ibi de his, qui in ſacra vrbe reperiuntur, hic de his, qui reperiuntur in alijs vrbibus. Dicunt, ibi de his qui mendicant, ⁊ nihil aliud fingunt, hic de his qui mẽdicant, ⁊ fingunt infirmitatẽ, apponẽdo herbam, vel aliud propter quod infirmi videantur. Tu dic quod ibi loquitur de his, qui reperiuntur mẽdicare indebite, ab officiali publico, hic de his qui
a deferuntur, ⁊ conuincuntur a priuato.[a] ¶ † Quero dr̃ hic quod
2 in publicum queſtum, ⁊c. Quid eſt dictum. Dic vt gl. Ex qua habes quod pauperes verecundi qui publice non querunt, ſʒ a quibuſdam ſingularibus amicis, ⁊ clam, non incidunt in hãc conſtitutionem. Item intelligo publice, ⁊ palã ſine defectu, ſm formã
3 l. palam. ff. de ritu nuptiarum. ¶ † Quero, hic dicit, incerta mendicitas. quid ſit hoc dictum? Gl. hic dicit, qꝛ ignoratur egeat vel ne. Pro cuius euidentia debetis ſcire quod mendicitas quãdoqʒ eſt certa ex qualitate religionis, vt qꝛ eſt de aliquo ordine mẽdicantium ab eccleſia approbato, alias non, vt in capit. religionum diuerſitates extra de religio. domi. lib. vj. ¶ Quandoqʒ eſt certa reſpectu cauſe pro qua queritur, vt ſunt iſti hoſpitalarij ſcti Spiritus, ⁊ ſimiles, qui vadunt per mundum ⁊ iſti non admittuntur ſine literis dioceſani epiſcopi. ⁊ de peniten. ⁊ remiſ. c. ij. in clemen. Qñqʒ quis querit pro ſeipſo, tunc mendicitas dr̃ certa vicinis, ⁊ nota ex vulgi opinione, vt l. vbi. ⁊ ibi notatur ſupra de iure doctium. Sed ſi vulgi opinio ſuper hoc non eſt, tunc debet explora-
4 ri, ita loquitur iſta lex. ¶ † Quero, dr̃ hic, inſpectis a quo debẽt inſpici? Rñ. vel ab officiali publico, vt in aut. de queſtore. vel a priuata perſona, vt hic qui talẽ vult in iudicio prodere. Ex quo nota quod pauperẽ mẽdicantẽ, qui in aliquo oſtẽdit mẽbrorũ debilitationẽ, põt quis inſpicere, ⁊ tangere, ⁊ illud videre an hoc ſit
5 verum. Et etiã † not. ex hoc quod ex inſpectione corp̃is põt cõprehendi ſanitas ⁊ infirmitas, ſicut etas. Simile in quacunqʒ re ſuſpecta. Nã põt perpendi an ſit vitioſa vel non. vt ſ. de canonẽ frumen. vrbis rome. l. j. Recte ergo teſtis qui deponit de ſanitate
6 alicuius, dicit ſic eſſe, qꝛ vidit. † Not. quod ſicut minor etas poteſt probari ex aſpectu, vt l. minor vigintiquinqʒ annis ex aſpectu. ff.
b de minorib⁹. Ita ſimiliter ſenect⁹,[b] vt hic. Itẽ hec l. ad qõnem,
7 † vtrum filio robuſto, ⁊ ſano nihil operanti pater poſſit denegare alimenta. Hic videtur, quod ſic, ⁊ etiam l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. ff. de liberis agnoſcen. quod intellige ſi ſecundũ conditionem natalium operari non eſſet ſibi verecundum. quis enim diceret ꝙ filio vni⁹ hominis nobilis imponeretur neceſſitas laborandi terram? Certe nullus. Nam non poſſumus, quod honeſte non poſſumus, vt ff. de condi. inſti. l. ſi filius, ⁊ l. nepos Proculo. ff. de ver. ſigni. Non obſtat hec lex, quia maior verecundia eſt publice mendicare, quam laborare, ⁊ ideo robuſtus corpore, qui publice querit, ſine diſtinctione natalium cogitur laborare, poſtꝙ in tantam miſeriam eſt deductus. Non enim eſt ſibi turpe? ſed ſi alio modo poſſet viuere percipiendo alimenta a patre, non cogeretur laborare, vt ſ. dixi. Ex his apparet ratio quare iſta lex non
8 habeat locum in his, qui clam mendicant. † Vltimo nota quod tales, qui fingunt cauſas mendicitatis, puniuntur ciuiliter, que pena parti applicatur, ⁊ ſic delinquit, ⁊ per conſequens puniri debet extra ordinem a rectore ciuitatis.

ADDITIONES.

a ANG. ¶ † Hic eſt argumentum quod ſi teſtator inter paupe-
1 res mendicantes iuſſit diſtribui bona ſua quod illa bona nõ poſſunt diſtribui inter mendicantes robuſtos, quoniam non videtur teſtator de eis ſenſiſſe, ſed ſolum de languidis, ⁊ debilibus. Pro hoc videtur dictum gl. quoniam corrigi debet iniuſte petẽs, non autem dari. v. queſtio. v. non omnis. lxxxij. diſtinctio. cap. j. ⁊ in hoc gl. rubrice, cum dare eleemoſinam iniuſte petenti, nõ ſit Deo acceptum.
b ¶ Senectus. Adde Ange. in authen. de queſtore.

De nautis Tyberiuis. Rub. XXVI.

LEX VNICA.

Quinauem. Quero, quid ſi nauis ingeniatur extra alueũ fluminis. Reſpond. idẽ eſt. principiũ enim loquitur generaliter, licet in illatiõe aliqualiter ſe reſtringat. Quero que fuit ratio condendi hanc l. nonne ſufficiebat titulus de naui. non excu

excuſandis? Reſpon. quia in vrbe Romana erant multe perſone
priuilegiate que pretendebant immunitatem, ideo placuit princi
pi de hoc principalem legem concedere, vt magis timeatur, arg. l.
1 item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniurijs. † Not. hic
a tex. qui dicit viſus, quod ſi teſtis [a] dicat, vidi Titium equum vel
nauem habere. quod non eſt priuatiuum, cum hoc videri poſſit.
Contrarium videbatur, quia dominium non poteſt videri. ideo
ſi teſtis dicat, vidi Titium dominum eſſe non probaret, cum do-
minium non cadat in ſenſu, vt not. Innoc. in c. cum cauſam. de te-
ſti. Vel dic quod hoc non refertur ad dominium, ſed ad detētio-
nem, ⁊ quandoque ad ſolam detentionem refertur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod dictum teſtis ſemper debet redigi ad
ſenſum congruum, licet incongrue ipſe dicat. vide Bal. in rub. §.
ſi ex fal. inſtr. Bar. in l. j. de pericu. nomina. Ang. in l. j. de preſcri.
xxx. annorum, ⁊ in l. j. §. j. de his que in teſt. delen. ⁊ Bart. in l. j. §.
hoc autem. de oper. no. nunc.

De frumento Alexandrino. Rub. XXVII.

LEX I.

IN eſtimatione. Primo confirmat ſa-
lariū quod prefectus
Oriētis ſtatuerat quibuſdam officialibus poſitis ad
congregandum frumentum ad ciuitatem Alexandri-
nam ⁊ ad tuendam ſubſtantiam nauiculariorum, que erat obno-
xia reipublice, vt §. de pred. ⁊ omnib. reb. nauicul. per totum. Se-
cūdo prohibet ad aliud officium vocari decuriones, ſed illos of-
ficiales precipit eligi prouiſione prefecti. Secunda incip. ibi, at-
que. In tex. ibi in eſtimatione, id eſt, ſecundum eſtimationem ſeu
quantitatem. cohibetur, id eſt, adiuuatur munere, id eſt, ſalari oei
ſtatuto ſecundum quantitatem frumenti, quod coadunabatur,
⁊ vt in prin. dixi. No. pro ſtatutis que dicunt ſalarium alicui offi-
ciali ſtatui ſecundum quantitatem eorum que venire fecerunt in
communi. Ex ſecunda parte nota arg. pro ſtatutis que prohibēt
nobiles aduocari, ⁊ ſimiles a quibuſdam officijs publicis.

LEX II.

DIurnos. Primo addit certam quātitatem
frumenti pro quolibet die pro ali-
mentis Alexandrine ciuitatis. Secundo reuocat no-
men cuiuſdā officij. Tertio dicit habendas eſſe quaſ-
dam menſuras que vocantur teſſere, ⁊ eas iubet ſignari, et ſuo
nomine nuncupari. hoc dicit. Secunda incipit ibi, ⁊ periſcho.
Tertia ibi, ⁊ teſſere. In tex. ibi, alimonijs, id eſt, vt de publico vē-
datur quolibet die in ciuitate volentibus emere pro ſuis alimo-
nijs. Vel dic vt de publico detur pauperibus illius ciuitatis, vt
§. ti. iij. l. ſi. In tex. ibi, deſignetur, id eſt, ſignum publicum eius im-
1 primatur. † Et ſic no. pro eo quod fit quotidie in ciuitatibus vbi
2 menſure ſignis publicis conſignantur. † Nota quod caſſato noīe
caſſatur effectus, ⁊ ideo ſi per ſtatutum caſſantur nomina officia-
lium guerre, incōtinenti intelligūtur ipſi officiales caſſati. ꝙ no.

De Alexandriæ primatibus. Rub. XXVIII.

LEX VNICA.

COrporatos. Tria dicit. Primo decu-
rionibus Alexādrinis cō-
cedit immunitatē purgādi fluminis Nili. Scdo pro
illo munere cōcedit poſſe aſſumi de munere vectiga
li ptinēti ad īperiū certā quātitatē. Tertio iubet ꝙ
illud, ꝙ inde minuit ex vectigali nauiū repleat. Scda incipit ibi, ⁊
pro tenore. Tertia ibi, vt ex titu. in tex. ibi, proconio dare p pur
gando Nilo. querit gl. qui dicuntur corporati ciuitatis. Dic vt in
ea, ⁊ quidem exponunt, id eſt, decuriones, vt patet ex rubrica, que
dicit primatibus. Alij dicūt de quolibet ciue, qui oēs ſunt prima-
tes, ſcilicet aliarum ciuitatum. Primam expoſitionē tenet Dy.
1 † Ex ſcda nota ꝙ melius eſt quem eſſe ciuem mediocrem vnius
nobilis ciuitatis ⁊ honorabilis, quā eſſe maiorē ciuē vnius me-
2 diocris ciuitatis. Et † ſic facit p popularibꝰ iſtiꝰ nobilis ciuita-
tis, qui magis debeāt honorari quā alij magni alterius ciuitatis.

ADDITIO.

¶ Et nota bene, ⁊ ſequitur Lud. in l. ſi vero. §. de viro. ſolu. mat.
in xj. fallen. prime partis licet glo. in l. j. j. de colo. pale. dicat ꝙ na-
tus in terra in qua Chriſtus eſt natus, expreſſe non gaudeat pri-
uilegio potiori. Alexan. Quero quid profuit huic ciuitati, ſi prin
ceps promiſit ꝙ de nouo vectigali tollatur, ſi de alio debet reddi.
Reſpondeo, multum, quia illud vectigal erat magnum, ⁊ ſemper
ibi reperiebatur pecunia, vnde poſſet aſſumi tempore debito, ſed
aliud erat vectigal paruum. Conſequitur ergo Reſpn. quoddam
mutuum reddendum de pecunia habita ex alio vectigali. facit ff.
de ver. obl. l. ſi penam, ⁊ de le. j. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi.

De iure Reipublicæ. Rub. XXIX.

¶ Querit gloſ. rubri. de qua republica loquatur hic. ¶ Rn̄deo
1 de repub. aliarum ciuitatum quā ciuitatis rome. † Quero etiam
quo modo accipiatur reſpu. Gl. ponit in corpore de heredibus ⁊
tal. in prin. dixi. §. de iur. fiſ. ſuper rubrica circa fi. Gloſſ. dt ꝙ ſunt
quedam ciuitates in Lōbardia, que habent merum ⁊ miſtū im-
perium ex conſtitutione Federici, de pace Cōſtan. de qua in cor-
pore in authen. de defen. ciui. §. iuſiurandum. in fi. magne gloſſe.

LEX I.

1 ☞ Snīa data cōtra ciuitatem quādo teneat, ⁊ ſic contra remp.
2 Ciuitas quomodo conueniri debeat.

SI quid aduerſus. Op. ff. ꝙ cu-
iuſqꝫ vniuer.
1 l. j. §. quibꝰ, ⁊ l. ciuitates. † Huiꝰ timore gl. diſtin-
guit tres cauſas. Qn̄qꝫ cōtra ciuitatē īdefenſam
peruenitur ad diffinitiuā, ⁊ tūc eſt ipſo iure nul-
la, vt hic ſicut in minore, vt cū ⁊ minores. §. ſi ad-
uer. rem iud. ¶ Quandoqꝫ peruenitur ad interlocutoriam, ⁊ tūc
valet, vt in contrario. Aduertēdum tn̄ eſt, qꝛ. j. eo. l. Rempublicā,
dicitur ꝙ equiparatur pupillo. Differt tamen in hoc, qꝛ licet cō-
tra pupillū nō perueniatur ad fin decretū, vt l. apud Julia. ff. ex
qui. cau. in poſ. ea. tamen contra ciuitatē poterit interponi, iō qꝛ
pupillꝰ ſperat fieri maior, ſꝫ ciuitas nunꝗ, arg. l. iiij. §. fi. de tute. et
ra. diſt. de quo per gl. in l. j. §. quibus. ff. quod cuiuſqꝫ vni no. Qn̄
a reſpublica plene defenditur, ⁊ tunc valet ſententia ſed reſtituit [a]
ſi eſt leſa, vt j. eo. l. Rempublicam, ⁊ de officio eius qui vicem alte-
2 rius gerit. l. j. † Sꝫ extra gl. quero quando quis vult citare rem-
b publicam, an ſufficiat citare ſyndicū. [b] videt ꝙ ſic, vt l. aut qui ali-
ter. §. j. ff. ꝙ vi aut clā. cōtrariū no. ⁊ bn̄ in l. non pōt dolo carere. ff.
de re. iur. ꝙ intellige verū, ſi ſyndicus citatus nō cōparuerit, eius
enī cōtumacia nō nocet reipublice, vt ibi dicitur. ſed ſi cōparue-
rit ⁊ litigauerit, valet ſnīa, vt §. dictū eſt. ⁊ ff. ꝙ cuiuſqꝫ vni. not. per
3 totum illum titu. ¶ † Querit ergo qualiter citabitur ciuitas, vel
reſpublica. reſpon. citando eos, qui regunt ciuitatem, vt ff. de con
di. ⁊ demonſt. l. municipibus. ⁊ no. plene extra de cōceſ. pben. c. fi.
lib. vj. Et pdicta intelligo vera in prima citatiōe veniēdi ad cām.
poſtꝗ vero ab initio ciuitas miſit ſyndicū, videt velle p illū, non
pſe, in iudicio, litigare, vt l. j. §. vſus. ff. de pcu. ideo ipſa nō eſt am-
plius citāda, ſed ipſe ſyndicꝰ. Pro quo facit extra de dolo ⁊ ɔtu.
4 c. cauſam que. ⁊ ibi no. p gl. que incipit, no. ꝙ citādus, ⁊c. ¶ † No.
qd ſicut quando agit contra pupillum, pōt petere creditor vt cō-
ſtituatur tutor, vt l. iij. §. fi. ff. qui pe. tu. ita quando agitur contra
ciuitatem, pōt petere actor vt conſtituatur ſyndicus, vt hic, ⁊ im
d putabitur actori ſi non petierit. quod not. [d]

ADDITIONES.

a ¶ Reſtituitur. adde Bu. in c. j. de reſt. in integ. ⁊ Spec. de le. §. vj.
verſi. x. ad fin.
b ¶ An ſufficiat citare ſyndicū. Adde iſtū in l. municipibus. de cō-
di. ⁊ demon. ⁊ in l. fi. ff. ꝙ cuiuſqꝫ vni. Bal. in auth. ſed cum teſta-
tor. §. ad leg. fal. ⁊ in c. j. ver. an vniuerſitas. in tit. de mil. vaſal. qui
contumax eſt. in vſi. feu.
c ALEX. ¶ Adde que habent in l. eū qui edes. §. de pcu. ⁊ Ang.
de auth. de exhib. reis. in §. j. Alex. Nā dicit ꝙ debet citari dn̄s in
prima citatione, nō procurator, vt ff. ſi quis ius di. non obtē. l. j. §.
ſi pcurator. Bar. in l. non pōt quis dolo carere. ff. de reg. iu. gl. in
c. bone memorie. de elec. Et qd in collegio ⁊ vniuerſitate. dt Bal.
in c. j. de mil. vaſal. vbi dicitur, ſufficere citare maiorē de vniuerſi
tate. ⁊ idē Arc. xliiij. d. c. comeſſationes. Ro. in litera, e. no. xxxviij.
d ALEX. ¶ Adde. l. iiij. §. ſi ſub cōditione. ver. creditoribus. de fi-
deicōmiſ. lib. ⁊ per Ja. de are. ⁊ Bart. ¶ Sed quid ſi petitū eſt vt
ciuitas conſtitueret defenſorē, ⁊ nō cōſtitutus eſt? Reſpondeo, ꝙ
tenet iudiciū. Et eſt ratio, qꝛ niſi hoc diceremus, eſſet in poteſtate
ciuitatis an deberet, qꝛ nunquā cōſtituerat ſyndicū vel procura-
torē, ꝙ eſſet abſurdum, vt ſit in poteſtate debitoris an debeat, vt
l. j. ff. de eo ꝙ cer. loco. ⁊ probatur hic a cōtrario ſenſu. ⁊ ideo ſi a-
gens contra ciuitatem petijt defenſorē ſibi cōſtitui, ⁊ nō fuit con
ſtitutus, non curet, ſed agat ⁊ faciat ferri ſentētiam, ⁊ valebit. Sꝫ
ſi dicat quare nō eſt idem in minore, ſed eſt neceſſe ꝙ conſtituatur
defenſor. Dic qꝛ eo inuito poteſt defenſor conſtitui. l. qui hꝫ. ff. de
tute. ſed nō ciuitate inuita. qd eſt valde no. Bar. Vide Ja. de are.
⁊ Bal. in l. ergo. §. creditoribus, de fideicommiſ. liber. vbi dicitur
quod vniuerſitas poteſt cogi vt conſtituat procuratorē, ⁊ Bar.
in l. ſolent. de ali. ⁊ cib. leg.

LEX II.

AN reſpublica. Reſpublica nō hꝫ hypothe
cā tacitā, niſi ex ſpāli puileg o
vel pacto. h. d. ¶ Opp. ff. de priuile. cred. l. in bonis. §. reſpublica.
Sol. gl. duob. modis. ¶ Primo ibi loquit in priuilegio circa pe-